APOSTOLI tractarunt Religionem ea conuenientiâ, vt nunquàm discreparent: nec quicquam discriminatum ab doctrinâ Scribarum, sedentium in Cathedra Moysis, traderent præter incarnationem F. D. & Resurrectionem. Idem discipulos Apostolorum decet, quod afflati Spiritu sanctè declarare. Atq hoc per omnia Theologiæ Theoremata indicandum est Maximeq vbi erores mundum turbarunt: quod summo cum dedecore Christiani nominis, & exitio penè totius mundi factum est: circa descensum D. N. ad inferos. τὰ ἱερὰ γράμματα πάντα clamitant quod anima sacro sancta D. N. ἀρχηγοῦ σωτηρίας, corporis carcerib9 soluta paradisum recta peteijt. Atq sic patres sancti ab initio Adam, Enoch. Noe, Sem, alias Melchisedec, Abraham, Moyses, Iesus, David, Daniel (meum dulce dec9) & piorumq exercitus omnis, præscij redemptionis, ex migratione in mundum animarum Αἴδω græcis עוֹלָם הַנְּפָשׁוֹת Israeli ὁ χρυσοπολίτης facti sunt: perfecti quidem in coelo præmio pietatis: quamuis non perfecti in terris presentij conspectu Redemtoris: vt hâc in parte, absq nobis non perficerentur. Moyses introducit Deum loquentem satellitibus frigidis custodib9 sui Foederis, quod ambulabit inter illos: & suum tabernaculum in illis habitabit. Leuit. 26. Quem locum sapienti potentissimus Rhetor sic transfudit in atticam eloquentiam 2 Corint:

οἰκοδομὴν

Οἴδαμεν γὰρ ὅτι ἐὰν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους καταλυθῇ, ~~[illegible]~~ ἐκ θεοῦ ἔχομεν: ἀχειροποίητον αἰώνιον ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Hoc semel tenent omnes Reformatæ ecclesiæ. verùm quàm constanter videamus. Sicui dixeris græcanice Domminum nostrum hinc iuisse ad Deum in locum incomprehensum humano ingenio: & purissimum: ad exprimendum hanc vim itionis, Græcorum lingua augeri cepta primum cum Iudæ Regnum intereijt vt Apostoli per illam Euangelium propagarent, haud quaquàm possidet alias vocum consuetudines, quibus inbuti fuerunt graiiloqui, quã τὸ κατελθεῖν ~~εἰ~~ς ᾅδην qui sanctis Paradisum ab initio mundi paratum: contrarijs κολαστήριον Gehennã præbet. Sic per annorum tria milia Elis fundumetũ Helladis, vti appellat Strabo Geographus, locuta fuit de morientibus singulis momentis horarum. Nos tamen exponentes Simbolum græcum vbi reuerâ hoc articulo tradit animarum immortalitatem, negamus, vt Saducæj aut Epicuræj animam sacro sanctam D. N. μεταστατικῶς iuisse εἰς ᾅδου. Hîc postulo vestrum omnium consensum: vt Generosi nostri regio In= temeratam colat fidem. Sin hæc displicent, vehitemur